UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1714

Q. 13. Quid notandum sit circa promissionem Matrimonii disjunctivam vel incertam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42682

Visual Library

bus procurari debet diſpenſatio , cùm ſit cauſa
communis, utì omnes notant cum *Sanch.* n. 37.

§. 4. Si fidelis promittat infideli, ſub con- 96.
ditione, *ſi fiat fidelis*, obligare quidem poſſunt in
ratione ſimplicis promiſſionis, attamen juxta
mentem Eccleſiæ non ſunt ſponſalia, nec indu-
cunt publicam honeſtatem, quia Canones tan-
tùm loquuntur de ſponſalibus inter fideles, *An-
gles, Henriq. Averſ.* q. 8. ſ. 5.

Q. 13. Quid notandum ſit circa promiſſionem Ma- 97.
trimonii disjunctivam vel incertam. ℞. §. 1. Promiſ-
ſio disjunctiva, uti ſi quis ſpondeat ducere *vel
Cajam vel Titiam*, non conſtituit ſponſalia pro-
priè dicta, quia hæc debent eſſe circa determi-
natam perſonam: nihilominus ſi talis promiſ-
ſio acceptata ſit ab utraque, inducit obligatio-
nem ducendi alterutram. Quòd ſi unam eligat,
& illa renuat, non tenetur ducere alteram, quia
per ipſum non ſtat, quominus promiſſionem
impleat, ſed ſtat per illam, quæ recuſat, quia
retinuerat liberam optionem alterutrius, *Sanch.*
l. 1. d. 26.

§. 2. Si quis promiſerit Cajæ vel Titiæ ejus 98.
ſorori, & cum Caja habuerit copulam, præſumi
debet, ſe determinâſſe ad Cajam, & abſolutè
voluiſſe hanc ducere, quia non debet præſumi,
quòd peccare voluerit contra juſtitiam, contra
quam peccâſſet, ſi abſolutè noluiſſet ducere Ca-
jam, quia per copulam cum Caja contraxit affi-
nitatem cum Titia, ergo tenetur ad Cajam.
Quòd ſi promiſiſſet Cajæ vel Titiæ non con-
ſanguineis, dicunt multi cum *Averſ.* q. 8. ſ. 3.
non debere ex copula cum Caja præſumi, quòd
determinârit ſe ad Cajam, niſi aliud dederit ſig-
num determinati conſenſûs, quia adhuc poſſet

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ducere Titiam, ſed oppoſitum videtur prob
bilius, quia ſecundùm dicta n. 89. credibi
non eſt, vel ipſum petiturum vel ipſam co
ſenſuram fuiſſe in copulam, niſi ſub promiſſio
ne ſaltem tacita contrahendi Matrimonii.

99. §. 3. Promiſſio incerta, utì ſi quis ſpo
deat accipere *unam è tribus filiabus Titii*, etiam no
ſunt propriè ſponſalia, obligat tamen talis pro
miſſio, & tenetur unam accipere, quæ ei placu
rit, *Bonac. Averſ.* ſuprà, *Gob.* n. 136. Similiter
pater jurârit Titio ſe daturum unam è tribus f
liabus ſuis, poteſt aſſignare, quam volet, &
Titius unam reſpuat, non tenetur dare aliam:
reliquæ moriantur, antequam deſignârit unam
tenetur dare ſuperſtitem. Quòd ſi Titius habe
copulam cum una, pater nullam tenebitur d
re; non illam, cum qua habuit copulam, qu
ad nullam determinatè tenebatur; nec aliam
propter impedimentum affinitatis, quod co
traxit, *Sanch.* ſuprà, *Bonac.* de ſponſ. q. 1. p. 3.

100. *Q. 14. Quid dicendum ſit de ſponſalibus, quæ i
euntur inſciis vel invitis parentibus.* ℞. §. 1. Mul
ſunt in utroque Jure, quæ videntur ſtatuere,
non tantùm Matrimonium, ſed etiam ſponſ
lia fiant conſciis & conſentientibus parentibu
ſed dicendum eſt cum *Krimer* à n. 132. & com
muni, non eſſe debitum neceſſitatis ad eam pe
ſonam, quam proponunt parentes, ſed ad ſum
mùm debitum honeſtatis & decentiæ, attame
teneri conſulere parentes, utì pluribus dicam
n. 569.

101. §. 2. Si parentes contradicant ſponſalib
initis, putat *Menochius* promittentem hoc ipſ
non obligari, ſed alii cum *Gob.* tr. 10. n. 33. m
liùs dicunt obligari, niſi ſecutura eſſent, gra
incon

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN